Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31476
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

140.

scencis. Gē: Bonum
est confiteri domino: psal
lere nomini tuo altissime.
V. Ad annunciandum
mane misericordiam tuam: et ve
ritatem tuam per noctem.
Alla. V. Quoniam deus
magnus dominus et rex ma
gnus super omnes deos.
In illo te. Lucam.
Cum iret ihesus in ihe
rusalem transibat
per medium samarie
et galileam. Et cum
ingrederetur quoddam
castellum: occurrerunt
ei decem viri leprosi.
Qui steterunt a longe
et levaverunt vocem
dicentes. Jesu preceptor
miserere nostri.
Quos ut vidit dixe
runt. Ite ostendite vos
sacerdotibus. Et factum
est dum irent: mundati
sunt. Unus autem
ex illis ut vidit quia
mundatus est: regressus
est cum magna vo
ce magnificans deum.
Et cecidit in faciem
ante pedes eius gratias
agens. Et hic erat
samaritanus. Respon
dens autem ihesus dixit.
Nonne decem mundati
sunt? Et novem
ubi sunt? Non est
inventus qui rediret
et daret gloriam deo:
nisi hic alienigena.
Et ait illi. Surge et
vade: quia fides tua
te salvum fecit. Credo.